



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum liceat iudici sententiam ferre contra veritatem quam nouit propter
ea, quæ sibi proponuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

modo falsum. Et propterea vtrumque extremum in medio saluari potest. Patet etiam nullam esse contrarietatem inter doctrinam auctoris huius, & in 4. sentent. sed vtramque esse veram quod ad falsam, vt declaratum est.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod necessitas est duplex, iustitiae, & potentiae, & vocatur necessitas iustitiae, qua non potest aliter fieri sine violatione iustitiae: necessitas vero potentiae, qua non potest aliter fieri ex defectu iurisdictionis. Si de necessitate iustitiae est sermo, dicitur, quod transit in necessitate iustitiae, ita quod sententia illius iudicis iusta, habet vim coactiuam ad parendum sic, qd non parendo, iniustitiae reus est Papa: & hac vis sufficit iudicis superioritatis, & auctoritatis. Si autem est sermo de necessitate potentiae, sic dicitur, quod ex causa rationabili Papa posset reuocare huiusmodi iudices, & commissiones, sicut potuit concedere. Vnde hodie iura concessa Imperatori de Romana Ecclesia in distinc. 63. canone, Adrianus, & cap. in synodo, cessant: non tamen deberet Papa in proprijs causis iudices datos sine vrgenti causa reuocare, aut mutare propter scandalum. Si tamen teneret, sicut reuocando inique iudices aliarum causarum male facit, factum tamen valet. Et ex his patet solutio ad obiecta. Nam quia transit in necessitatem iustitiae, saluatur superioritas, & vis coactiuam in iudice: quia vero non transit in necessitatem potentiae, ideo Papa remanet superior simpliciter, & potest ex causa rationabili, & vrgente reuocare, & mutare, atque aliter satisfacere laevis.

¶ In eadem responsione pro quanto dicitur, quod Christus sponte se subdidit Pilato, aduerte quod non intelligitur, quod Christus, secundum quod homo, Rex Regum, commiserit Pilato potestatem supra se: quoniam Christus secundum quod homo, non administrat Regnum mundi ante resurrectionem. Ideo dixit, Regnum meum non est de hoc mundo: sed quia Pilato Praesidentem in Iudaea nomine Romani Imperij Christus Dominus se exhibuit, sicut vnum de subditis, nec Pilatus peccauit iudicando Christum peccato vsurpati iudicij, sicut iudicans non sibi subditum, quamuis peccauerit peccato iniqui iudicij damnans innocentem, dicente ipsomet. Ego nullam causam inuenio in eo.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, nota quod auctor loquitur de exemptionum subiectione in communi, & secundum iura communita: secus enim est secundum iura privilegiorum, quibus concessum est multis exemptis, quod nec ratione rei, delicti, aut contractus, vbi cumque res, delictum, aut contractus fuerit, &c.

D. 552. Refertur 6. q. 3. cap. feci primum est.

Lib. 10. cap. vlt. tom. 5.

¶ Super Quaestione sexagesima septima Articuli...

IN artic. 2. eiusdem 67. q. dubium occurrit in conclusione huius articuli dubitatum, vel dicitur falsam, & peccare mortaliter iudicantem...

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Daniel accipit potestatem ad iudicandum illos seniores, quasi commissam eis in fine diuino: quod signatur per hoc, quod ibidem dicitur, Quod suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris. AD SECUNDUM dicendum, quod in rebus humanis aliqui propria sponte possunt se subicere alicuius iudicio, quamuis non sint eis superiores, sicut patet in his, qui compromittunt in aliquos arbitros. Et inde est, quod necesse est arbitrium poenae vallari: quia arbitri, qui non sunt superiores, non habent de se plenam potestatem coercendi. Sic ergo & Christus propria sponte humano iudicio se subdidit: sicut etiam & Leo Papa se iudicio Imperatoris subdidit.

AD TERTIUM dicendum, quod Episcopus, in cuius diocesi aliquis deliquit, efficitur superior eius ratione delicti, etiam si sit exemptus, nisi forte delinquit in re aliqua exempta, puta, in administratione bonorum alicuius monasterij exempti. Sed si aliquis exemptus committat furtum, vel homicidium, vel aliquid huiusmodi, potest per ordinarium iuste condemnari.

ARTICVLVS II. Vtrum iudici liceat iudicare contra veritatem, quam nouit propter ea, quae in contrarium proponuntur.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod iudici non liceat iudicare contra veritatem, quam nouit propter ea, quae in contrarium proponuntur. Dicitur enim Deuter. 16. Venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudices, qui fuerit illo tempore, quare loquar ab eis, qui iudicabunt, tibi iudicij veritatem: sed quandoque aliqua

¶ Quarto, quia officium iudicis est iustitiam, & non fugere in fauorem ueritatis, & si aliter non potest.

¶ Quinto, quia iura non cogunt iudicem ad iudicandum allegata & probata, sed ad subiciendum leges & iura. Modo aliud est iudicare secundum leges & iura, secundum allegata & probata: quia leges & iura, quaeque ius suum reddant, vel non reddant, quandoque, ut ius iure, vel memoratum, vel non memoratum, auferatur. Et per hoc soluitur ratio litterae, quae dicitur, quod debet iudex secundum leges iudicare.

¶ Additur ex his sextum, roborando tertium, quod dicitur, quod iudex non debet iudicare contra iura, nisi in his, & medium ordinatum ad finem, sic se habent, & non ad contrarium finis, non sunt modica ad iudicandum executioni mandantur, ut patet in summa, & in medicina inducere constat infirmitatem, & in medicina fatuus esset prosequens illas propter carnis salutem, sed probationes in iudicio iurum, quae

ve. innotescendae; & ius suum unicuique reddendi: quoniam iudicio afferuntur testes, & alia documenta facti in iudicio, ut patet. Et ergo constat, quod huiusmodi media ducunt ad contrarium veritatis, & iuris istius hominis, consequens est, ut ad sapientem iudicem spectet non proficere talia media contra finem, & sic facere, ac per hoc male

proponuntur contra veritatem, sicut cum aliquod per falsos testes probatur. ergo non licet iudicare secundum ea quae proponuntur, & probantur contra veritatem, quam ipse nouit.

¶ 2 Præ. Homo in iudicando debet diuino iudicio conformari, quia Dei iudicium est, ut dicitur Deuter. 1. sed iudicium Dei est secundum veritatem, ut dicitur Roman. 2. & Isa. 11. dicitur de Christo. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. ergo iudex non debet secundum ea, quae coram ipso probantur, sententiam ferre contra ea, quae ipse nouit.

de innocencia, iuxta eorum dicta iudicat, minister est homicidarum, aut peccatorum: & sic non excusatur, etiam si per alium iudicem quoniam damnaretur. Scripsit enim, Necesse est ut veniant scandala: veritatem vae homini illi, per quem scandalum venit. Et nota ad hunc locum remissa est questio hæc superius in q. 64. an. ad tertium, ideo ut compleatur dilectio, arguitur etiã a quibusdam contra ibi dicta. ¶ in hoc casu inferior iudex, si non potest innocentem liberare conuictum, debet ad superiorem recurrere. Contra, inquit, si hoc faceret, exponeret innocentem dilectissimi mortis: quoniam superior non habens certam notitiam illius, damnaret illum. Et eadem ratio est, si substitueret iudicem: non enim eum daret reatum, causam dans morti innocentis.

¶ In hac quest. multi scripserunt, Alij dicentes cum auctore, quod iudex potest, & debet secundum allegata & probata contra veritatem sibi certam iudicare. Alij tamen oppositum, quod nec debet, nec potest sine peccato mortali. Alij quod in causis criminalibus, & civilibus magne importantur non, in paruis autem sic. Nonnulli etiam uolunt, quod remedium de remittendo ad superiorem non fit malum propter allatam in oppositum rationem, dicentes, quod si per impossibile iudex hic accideret, præmissis omnibus præmittendis deberet iudex manifestare populo, quare non potest damnare illum, & relinquere eis curam, an uelint ad superiorem remittere. Sed hi non prouident casum, quia si supremo iudici casus hic accidat, quod sciat innocentiam, & pars, atque populus peccat iustitiam, quid facere debet princeps? quo se ueritatē iudicari contra innocentem non potest secundum istos: absoluit non potest, si iura: supercedere non potest, parte, & populo instante: delegare non potest, si istos. Erre ergo perplexus Rex, aut Imperator in hoc casu, nisi renunciet Regno, aut Imperio, si istos.

¶ Distinguentes autem in proposito inter causas criminales, aut civiles: magnas, aut paruas, nisi pro quanto iudicium pro nihilo reputaretur, quod tamen in iudicium tenere non solet, irrationabiliter loquuntur: quoniam aut inuenitur hic facere iniustum, aut non. Si est hic iniustitia, sequitur quod non liceat: & si non est iniustitia, constat quod licet, quæcunque occurrat materia rerum, honestas iura, &c. Ut autem ueritas melius elucescat, non a rationibus dicentibus ad inconuenientes, quoniam minus efficaces sunt: sed a rationibus offensiuis moueri debemus. Et ad offendendum quidem, quod iudex peccat iudicando contra ueritatem sibi, ut prius ostensa, quia scilicet iniustum facit damnando innocentem, quod est secundum se prauum, & nulla potest recta intentione, nullum timore, nulla scandali intentione, licitum fieri. Ad non potest aliter facere, iudicare contra huiusmodi ueritatem secundum allegata & probata, est unica ratio. Equia persona publica, potestare publica, scientia publica, & uoluntate publica uti debet in iudicijs sine ignorantia, imprudencia, & negligentia propria, quæquid inde ueniat: sed iudex est huiusmodi, & in casu proposito omnia ista concurrunt, ergo.

¶ Ad hoc deducitur tota ista questio, ut examinentur hæ rationes, & discernatur ius earum ad propositum. Principium autem inuestigationis huius hinc sumendum est, quod tam secundum moralem Philosophiam, quam secundum iura, ex intentione maleficia distinguuntur. Et hoc intantum consideretur; ut dicamus unanimitè, quod occidens suum inuictorem, alicui se saluare non potens, si intendit occidere, homicida est. Si intendit defendere, sed occiso præuisa etiam consequitur ex actione defensiva, non peccat: ab intentione igitur iudicis species, & natura huius operis sumenda est. Constat autem quod iudex, de quo loquimur, qui scilicet omnem suam prudentiam, sollicitudinem, scientiam, potestatem, &c. adhibuit, ut liberaret innocentem huiusmodi, constat, inquam, quod non intendit ex priuata uoluntate occidere, mutilare, & breuiter iniustum facere, sed tale iniustum constat sequi ex hoc, quod intendit uti publico officio, & utitur illo. Vnde non est iniustitia ex hoc actu, quod iudex faciat iniustum innocenti, cum hoc non intendat priuata, aut publica uoluntate. Sed uidendum restat, si forte esset iniustitia ex hoc, quod iudex teneatur non uti publico officio in tali casu propter talem ex sui officij actione euenit præuisum, scilicet mortem innocentis. Sed si diligenter consideremus, persona, quæ est iudex, teneatur uti officio suo parte, & populo instante: quoniam sibi incumbit cura utendi potestate publica. Et plus teneatur curam habere publici officij sitæ curæ commissi, quam uitæ alterius, cuius cura non spectat ad ipsum, nisi sicut ad iudicem. Et quemadmodum superius in questione de homicidio per hanc rationem conclusum est, quod defendens se non teneatur omittere actum defensionis propriæ per hoc, quod uidetur ex ipso sequi mortem alterius etiam impoentis, quia scilicet sibi magis incumbit cura sui, quam proximi: eadem efficacia potest hic concludi, quod quia persona iudicis incumbit cura, ut utatur publico officio, & non cura proximi, nisi ratione publici officij: ideo non teneatur abstinere ab utu publici officij propter damnum consequens proximi.

¶ Et confirmatur, quia nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet secundum iura. Cum ergo persona iudicis ius habeat utendi publico officio secundum leges, & iura, & allegata & probata, sequitur quod non facit damnum alicui utendo iure officij sui.

¶ Ratio ergo, super qua fundatur positio dicentium iudicem peccare, si contra ueritatem sibi notam iudicet secundum allegata & probata, &c. infirma est, & non concludit intentum, ut pote ex his, quæ sunt per accidens procedens.

¶ Ratio autem allata pro parte contraria, manifestè procedit ex his, quæ conueniunt per se actui. Actus namque sententie damnantis est actus publicus. Et propterea debet per se causas habere publicas, scilicet personam, potestatem, scientiam, & uoluntatem, quæ præcepto publico, quod iudex facit de pena huiusmodi, manifestatur. Præceptum enim a uoluntate est: nec persona iudicis aliquem actum propriæ uoluntatis apponit in hoc casu in damnum innocentis, nisi uti potestate, scientia, & uoluntate publica, quem actum si posset omittere, libenter omitteret. Sed quia teneatur ad illum propter coincidentiam personæ publicæ cum sua, ideo non teneatur omittere illum propter damnum alterius, per accidens rarissimum eueniens ex utu publici officij. Et quoniam hæc uia solidum habet fundamentum, & nihilominus teneatur a tot Doctoribus, scilicet Sancto Thoma, Alexandro de Ales, Ricardo, Petro de Palade, & Petro de Tarantasia, & multis alijs, ut referunt tractantes materiam hæc, & ortum habet ab Ambrosio super, Beati immaculati in uia, ut patet 3. Questione septima. & ab Augustino super Psalterio, ut in litera afferuntur: ideo amplectenda est. Nunc superest ad obiecta respondere.

Secunda Secunda S. Thomæ. X 3 Et ad

1. 1. q. 79. artic. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudex possit aliquem condemnare, etiam si non sit aliquis accusator.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, qd iudex possit aliquem indicare, etiam si non sit aliquis accusator. Humana iniustitia de riatur a iustitia diuina: sed Deus peccatores iudicat, etiam si nullus sit accusator. ergo videtur qd homo possit in iudicio aliquem condemnare, etiam si non adsit accusator.

¶ 2 Præ. Accusator requiritur in iudicio ad hoc, qd deferat crimen ad iudicem: sed quandoque potest crimen ad iudicem deuenire alio modo, quam per accusationem, sicut per denunciationem, vel per infamiam, vel etiam si ipse iudex videat. ergo iudex potest aliquem condemnare absque accusatore.

¶ 3 Præ. Facta sanctorum in scripturis narrantur, quasi quadam exemplaria humane vite: sed Daniel simul fuit accusator, & iudex contra iniquos senes, vt patet Daniel 13. ergo non est contra iustitiam, si aliquis aliquem condemnet tanquam iudex, & ipsemet sit accusator.

SED CONTRA est, qd 1. ad Cor. 5. Ambr. exponens sententiam Apostoli de fornicatore, dicit, qd iudicis non est sine accusatore damnare: quia Dominus iudam, cum fuisset fur, quia non est accusatus, minime abiecit.

RESPON. Dicendum, quod iudex est interpres iustitie. Vnde sicut Philof. dicit in 5. Ethic. homines ad iudicem confugiunt, sicut ad quandam iustitiam animam: iustitia aut, sicut supra * dictum est, non est ad seipsum, sed ad alterum. Et ideo oportet qd iudex inter aliquos duos diiudicet: qd quidem fit, cum vnus est actor, & alius est reus. Et ideo in criminibus non potest aliquis iudicio condemnare iudex, nisi habeat accusatorem. sicut illud Actuum. 25. Non est consuetudo Romanis danare aliquem hominem, prius qm is, qui accusatur, presentes habeat accusatores, loquatur, defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd Deus in suo iudicio vtriusq; conscientia peccatis quasi accusatore, sicut illud Rom. 2. Inter se inuicem cogitationum accusantur, aut etiam defenduntur. Vel etiam euidentia facti, quantum ad ipsum, secundum illud Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

AD SECVNDVM dicendum, quod publica infamia habet locum ac-

cusatoris. Vnde sup illud Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui. &c. dicitur glos. Euidencia perpetrati sceleris a accusatore non eget. In denunciatione vero, sicut supra * dictum est, non interditur punitio peccantis, sed emendatio: & ideo nihil agitur contra eum, cuius peccatum denunciatur, sed pro eo: & ideo non est ibi necessarius accusator. Poena autem inferitur propter rebellionem ad Ecclesiam, quæ quia est manifesta, tenet locum accusatoris. Ex eo autem quod ipse iudex videt, non potest procedere ad sententiam ferendam, nisi secundum ordinem publici iudicij, quod tenet locum accusatoris.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus in suo iudicio procedit ex propria notitia veritatis, non autem homo, vt supra * dictum est. & ideo homo non potest simul esse accusator, & testis, & iudex, sicut Deus. Daniel autem accusator fuit simul & iudex, quasi diuini iudicij executor, cuius instinctu mouebatur, vt * dictum est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum iudex licite possit ad penam relaxare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod iudex licite possit penam relaxare. Dicitur enim Iacobi. 2. Iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam: sed nullus punitur propter hoc, quod non facit illud, quod licite facere non potest. ergo quilibet iudex potest licite misericordiam facere, relaxando penam.

¶ 2 Præ. Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum: sed Deus poenitentibus relaxat poenam, quia non vult mortem peccatoris, vt dicitur Ezech. 18. ergo etiam homo iudex potest poenitentibus relaxare poenam.

¶ 3 Præ. Vnicuique licet facere, quod alicui prodest, & nulli nocet: sed absolute reum a poena prodest ei, & nulli nocet. ergo iudex licite potest reum a poena absoluer.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 13. de eo, qui persuadet seruire dijs alienis. Non parcat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum: sed statim interficies eum. & de homicida dicitur Deuteronom. 19. Morietur, nec misereberis eius.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis * patet, duo sunt, quantum ad propositum pertinet, circa iudicem consideranda, quorum vnus est, quod ipse habet iudicare inter accusatorem, & reum. Aliud autem est, quod ipse non fert iudicij sententiam quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate. Duplex ergo ratio impeditur iudex ne reum a poena absoluer possit. Primo quidem ex parte accusatoris, ad cuius ius quandoque pertinet, vt reus puniatur, puta, propter aliquam iniuriam in ipsum commissam, cuius relaxatio non est in arbitrio alicuius iudicis: quia quilibet iudex tenetur ius suum reddere vnicuique. Alio modo, impeditur ex parte reipublicæ, cuius potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet, qd malefactores puniantur. Sed tamen quantum ad hoc differt inter inferiores iudices, & supremum iudicem, scilicet principem, cui est plenarie potestas publica

miam, quid adhuc desideramus testes? Et sanctus Ludouicus Rex Francia legiur præcepisse cauterizari linguam eius, quem audierat blasphemare. nisi forte quis dicat, quod author de quadam inquisitionis specie loquitur: quia iudex ex eo, quod ipse vidit, paulatim inuestigat ex officio. Et hæc sufficiunt etiam pro pro 4. artic. &c.

7. 33. art. 7.

Art. præced.

Art. ad 1.

3. q. 46. arti. 2. ad 3. Et 1. dist. 43. q. 2. art. 2. ad 5. Et 4. dist. 46. q. 1. art. 2. q. 2. & q. 2. art. 1. q. 3. ad 2.

Artic. 3. & 3.